

V C
57444

02.5



Q. 5, 41^a.

ad Panegyr. Friderici Augusti:

Vc
5444

Q. F. F. S.

ANNI NASCEN- TIS SOLENNIA

FAUSTIS PROSEQUENTUR OMINI-
BUS DISCIPULI QVIDAM PI, PROBI
ATQVE INDUSTRII,

QVOS UT
*PATRONI, FAUTORES atq; AMICI
CRASTINA DEO VOLENTE LUCE, IV. NIMIR JAN.
HORIS A SECUNDA POMERID.*

SOLITA AUSCULTATIONIS BENE-
VOLENTIA DIGNENTUR,
MAXIMO ROGAT OPERE
JONAS GELENIUS, RECT.

DRESDÆ,
Apud Johannem Riedelium, Elector. Saxon. Typo-
graphum Aulicum. 1695.





HOVA fave! rursum novus inci
pit omine fausto
Annus, & instaurant pristina
damna dies.

Ite procul lessus, mæstæ procul ite querelæ,
Vos medium Boreas in mare sævus agat!
Syrmata cum peplis, atrivelamina panni,
Et qvicquid miseri signa doloris habet
Esto procul! fuerint prius hæc, nunomnia plausu
Atque novis resonent templa animata modis.
Ex qvorelliqvis, diviniqve ossa GEORGI
QUARTI sacrato condidimus tumulo,
Sat luclu, gemituque datum, nunc jubila læta
Per fora, per vicos, per plateasqve fremant.
Namq; viget sospes, quo sospite terra triumphat
Misinica, nec versas res sibi, læta canit,
AUGUSTUS prælustre decus, columenq; Pateri
Stemmatis, & Patriæ jam revirentis amor.
Quare fas ullo si tempore vota precesque
Fundere, jam fas est, jam pietasque jubet.

Nos quoqz(pertentant quia publica gaudia mentem,) HO. HODI.
Pars erimus populi parva precantis idem.
JESULUS humano Numen velatus amictu,
Æterni soboles progeniesque Patris,
Annuat inceptis, & publica vota coronet,
Nostrasque haud surda combibat aure preces.
AUGUSTUS vivat **FEDERICUS** pulchra propago
JANE Pater, Fraterque Optio **JANE** Tua!
Et videat reduces, fatis florentibus, annos
Tithono plures, atque Triseclisene.
Illi imperio magnis se gloria rebus
Misiudos attollat, Saxonique soli.
Quot fert Hybla thymos, quot fervens æstus aristas,
Quotque micant celso sidera clara polo,
Tot **DOMINUM** semper comitentur prospera no-
strum,
Quin veniant votis prospriora suis.
Sit felix blandisque torus, sit prole beatus,
Quæ quondam, ast sero, sceptræ Paterna gerat,
Atque regat Patrias claris virtutibus oras,
Et referat fortis, fulmina Martis, Avos.
Hoc MATER videat, lætissima Principe tanto,
Et sibi felices gaudeat ire dies.
Hoc CONJUNX celso prognata ex stemmate
BRENNI
Cernat, & in longum fausta superstes agat.

FRYc5444

Hoc Tibi sit magnum LEONORA LUYSA
levamen,

Mutet & in blandas aspera cuncta rosas.
Præterea Proceres, & nostri fulcra Senatus
Innumera Numen prosperitate beat,
Illorum ut nutu pietasque fidesque virescat,
Et paci perpes sit comes alma Themis:
Aurea sic nostris fulgebunt secula terris,
Et veniet rursum, qvi fuit ante, vigor.

SERIES DICENDORUM.

JOH. CHRISTOPHOR. Wiesener/Dresd. POTEN-
TISSIMO ELECTORI nostro cum Serenissima ELECTORALI
DOMO hunc ipsum, quem auspicati sumus, annum, cum pluri-
mis seqventibus, undique faustum, felicem atque fortunatum pre-
cabitur.

Eandem pietatem declarabit erga PROCERES reli-
quosque AULÆ & URBIS ORDINES JOH.
CHRISTOPHORUS Creil/Cyneus.

His accinctum CHRISTIANUS Welsch/Geytha Misnicus,
& JOH. GEORGIUS Straube/Dresd. Ille qui-
dem carmine Heroico Latino, hic autem Græco.



6A

EN-
ALI
luri-
pre-
reli-
OH.
cus,
qvi-





D. 5, 414.

ad Panegyr. Friderici Augusti:

Vc
5444

ANN
TIS
FAUSTIS P
BUS DISC.

PATRON
CRASTINA DE
HORIS
SOLITA A
V
MA
JONA

Apud Johann

CEN.
NIA
R OMINI
I, PROBI

AMICI
UNIMIRJAN
ID.
NIS BENE
RE
CT.

n. Typo-

